



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

9. Dominica LX. de semine in terram iacto. Matt. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

ti vocari, paucielecti. quam merito timere debes, nisi paucis bonis te adiungas, id est, angustam viam, de qua Matth. 7. dicitur, quod pauci eam ingrediantur, teneas.

DOMINICA LX.

De semine in terram iacto.

Matt. 13. Luc. 8.

1. **I**ESVS *ad turbas dixit (Exijt qui seminat
seminare semen suum)* Considera Deum, qui nos ad laborem in vineam vocat, etiã semen suum, id est, gratiam & auxilia per varia media, quo bonitatem paternam erga nos declaret, cõmunicare per pulchritudinem cœli & creaturarum, per legem scriptam in cordibus, vel conscientiis, conciones, lectionem, inspirationem, exempla, leges Ecclesiæ, regulas cuiusq; status, vim sacramentorum, monita parentum & praeceptorum, morbos, bella, &c. tu vide, an omnibus usus fueris; & si nullis, fore inexcusabilem.

2. *Et aliud cecidit secus viam, aliud supra
petram, aliud in spinas.* Considera semen bonum agro cordis tui per dicta media in-
rectum tribus de causis posse reddi infructu-
erum. 1. si ad conciones, & alia media,
vel

vel non seriò attendas, vel non animo proficiendi, aut ad te pertinere non putes, aut contempnas. 2. si attendas quidem, sed cor durum & petrosum retineas, vt nolis veteres occasiones delinquendi mutare, metu confusionis, irrisionis, vel afflictionis secutura. 3. si paratus quidem sis ad omnia facienda, sed animo nimium intentus sis, opibus congerendis, domesticæ rei curandæ, venationi aliisque recreationibus, studiis literarum profanis vel sacris, vt excellas alios. Hæc enim immoderata cupiditas, quasi spinæ, suffocat spiritum pietatis, vt orandi, meditandi, se mortificandi, &c.

Aliud cecidit in terram bonam, & ortum 3. fecit fructum centuplum. Considera primò, terram bonam esse cor bonum & optimû; vt Christus exponit: Nihil enim gratius est Deo, quam si ei seminanti offeras cor tuum, id est, bonam voluntatē. Vnde Prou. 3. dicit. *Præbe fili mi cor tuum mihi.* Offer ergo, ac roga vt illud inspectat quo velit. 2. cor bonum eos offerre, qui parati sunt Dei præcepta, & Ecclesiæ seruare, ne excidant ex gratia Dei. Optimum autem, qui parati sunt non tantum declinare à malo, sed etiam facere bona, ad quæ

24. MEDITATIONES IN

ex praecepto non tenentur, deinde & mala, id est, tribulationes, voluntarias poenas, opprobria, & mortem pro Christo, sustinere.

DOMINICA QVINQVAGE-

SIMAE.

De Passione Christi, & caco. Luc. 18.

1. CHRISTVS *pradixit 12. discipulis passionem suam, (& ipsi nihil horum intellexerunt.)* Considera primò ab Ecclesia hoc Euangelium proponi, vt te deterreat à licentia peccandi, quæ solet esse his diebus, cum mundus prorsus insanit & cæcus est: nihil enim efficacius à peccato retrahit, quam meditatio tam diræ passionis. 2. in transfiguratione tres tantum discipulos interfuisse, nunc verò omnes assumi, quia proprium est verorum discipulorum Christi ferre crucem & multa pati. 3. ipsos nihil intellexisse, quia carni & mundo omnino contrarium est, contemni, conspui, flagellari, crucifigi, & è luto peccati resurgere.
2. *Caco mendico clamante, licet turba vellet eum tacere, stetit Iesus, cum duci ad se iubet, petit quid sibi fieri velit?* Considera primò, quando volueris vitam emendare, vel sanctius.